



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o nona

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Incarmandi autem quasi ma-
 iori et inusitato miraculo min-
 me potuisse. Tu autem domi-
R. Felix namque es sacra vir-
 go maria et omni laude dig-
 nissima. Quia ex te ortus est
 sol iusticie christus deus no-
 ster. **R.** Ora pro populo inter-
 ueni pro clero intercede pro de-
 uoto femineo sexu sentiat om-
 nes tuum leuamen quicunque
 celebrant tuam commemora-
 tionem. Quia. **Lectio nona.**
S. ed huic opinioni obstat a-
 postolus dicens. misit deus fi-
 lium suum factum ex muliere
 factum sub lege. neque enim au-
 diendi sunt qui legendum pu-
 tant. natum ex muliere factum
 sub lege. sed factum ex mulie-
 re factum sub lege. In utero
 uirginali carnem non de nibi-
 lo. non aliunde. sed materna
 traxit ex carne. alioquin necye-
 re filius hominis diceretur qui
 originem non haberet ex hoie.
 Et nos igitur contra hec euis-
 ten dicta extollamus vocem
 cum ecclesia catholica. cuius
 hec mulier typum gessit extol-
 lamus et mentem de medio
 turbarum dicamusque saluato-
 ri Beatus uenter qui te porta-
 uit et uera que suristi. Tu.
R. Christi uirgo dilectissima
 uirtutum operatrix opem fer-
 miseris. Subueni domina cla-
 maribus ad te iugiter. **R.** Quia

peccatorum mole premimur
 ob hoc te deprecamur Sub.
 Gloria Sub. **Ad laudes an-**
ti. O admirabile commercium gene-
 ris hu. per totum. **Require**
octaua dñi. Hymnus. Quae
 terra pontus. **Cap. et collecta**
ut s. Sup bene. an. Ave regi-
 na celorum aue domina ange-
 lozum salue radix sancta ex qua
 mundo lux est orta gaudere glo-
 riosa super omnes speciosa ual-
 de ualde decora et pro nob se-
 per christum exora. **Ad pu-**
nam an. Maria uirgo semp.
Cap. et collec. ad omes hora-
ut s. Ad tertia an. Quando
 natus es. **R.** Audi filia. **Ad**
sextam an. Rubum quem uide-
 rat. **R.** Diffusa. **Ad nona an.**
 Ecce maria. **R.** Adiuuabile
 eam. **In secundis ps legit de**
aduentu.